

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

I ante T

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

Istilla, fluvius ad sinu Germaniae ortu versus. Vide VISVLA. Ithius, insula Africae, ab Afris Vdenoem dicta, à Phoenicibus. Cella Rharfath, quod interpretatur ab istonis: navi enim similis est: gentile Ithius, Stephano. Sed istis, pro malo navis aspiratur, videndum an etiam huic proprio adjicienda sit aspiratio. Istura, insula est sinus Arabici, apud Plinium lib. 6. cap. 28. Ithus, & Antiphus, Priami fuerunt filii: verum Antiphus ex Hecuba susceptus est, cum naturalis esset Ithus, ut autor est Homerus in Iliade.

I ante T.

Italia, [imela]. Ger. Statien die gewaltig groß land isthaff Europæ mit dem Ägypten vnd Mittelmeer umgisset. Pol. Istalia, Italia, Vng. Olaszország.] Europæ regio, prius Hesperia dicta, ab Hespero Atlantis fratre, qui à fratre ex Africa pulsus, & Hispaniæ & Italiæ dedit nomen. Sive (ut Macrobius inquit) ab Hespero stella, quod Occasui subiecta sit. Dicta etiam fuit Oenotria, vel à bonitate vini quod in Italia nascitur (nam Græci vitis vinum dicunt) vel ab Oenotrio Sabinorum rege. Postea Italia, ab Italo Siculo rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges edidit, eamque partem in qua postea Turnus regnavit, à suo nomine Italiam appellavit. Virg. lib. 2. Aen. Est locus, Hesperiam Graeci cognominant dicunt: Terra antiqua, potens armis atque ubere glebae, Oenotrii colere vini, nunc fama, minores Italiæ dixisse, ducis de nomine, gentem. Timæus & Varro, à bobus vocatam dixerunt: quoniam Tauri Græca vetuli lingua, Itali vocati sunt, à quorum multitudine & pulchritudine Italiæ dixerunt. Latium autem & Ausonia, non totius Italiæ, sed partium quarundam sunt nomina. Latium enim est ea pars Italiæ, quæ citeriori Tyberis ripa adjacet, ubi hodie est Roma. Ausonia verò dicta fuit Italiæ regio maritima, inter eam agri Brutii partem, qua Sicilia obijcit, & Salentinis intercepta: unde etiam vicinū mare Ausonium appellatū fuit. Est autē omnis Italia in formā crucis inter Adriaticum & Tuscum mare, à jugis Alpium, dorsoque Apennini porrecta, se paulatim attollens usque ad fretum Siculū. In ultimo sui scinditur in duo cornua, quorum alterū Ionium spectat mare, alterū Siculum, in extremitate Rhegium oppidū habens. Eius longitudo, quæ ab Augusta prætoria, quæ in Alpino limite sita est, per Romam, Capuamque, porrigitur, usque ad oppidum Rhegium, Solino teste, decies centena & viginti milia passuum continet: latitudo verò quadringenta decem, ubi major latitudo: ubi angustior, centū triginta sex, habetque umbilicum in agro Reatinos. Olim tamen ex latere maris superi Rubiconem fluvium pro finibus habuit. Dividitur autem in sexdecim regiones: scilicet Liguriam, Hetruriam, Latium, Campaniam, Lucaniam, Calabriam, Apuliam, Samnium sive Aprutium, Picenum, Flaminiam & Aemiliam, seu Romandiolam: Umbriam, nunc datamque septentrionem: Galliam Cisalpinam, Veneriam, nunc Marchiam Tiberinam: Iapidiam & Carniam, nunc Forum Julium, & Istriam. Italia sic describitur à Siculo Flacco in libro de conditionibus agrorum. Ab Alpibus in mare porrigitur: à tribus lateribus exteras gentes intuetur: à Sicilia usque ad Galliam omne litus Africum ei est contrariū: rursus à Leucopetra pars, quæ ad mare attingit, Macedoniæ & aliquam Epiri partem spectat: Adriaticum verò litus Illyricum contra se habet.

Italia, a, um, adject. [imela]. Pol. Istalia. Vng. Olasz.] quod ex Italia est: ut, Gens Itala, Virg. 6. Aen. - qui manant Itala de gente nepotes. Idem 3. Aen. Et sepè Hesperiam, sepè Itala regna vocare. Horat. 2. Carm. Ode 7: Diis patriis, Italoque celo.

Italiæus, a, um. [imela]. Pol. Istalia. Vng. Olasz.] ut, Oræ Italiæ, Ovid. 15. Metam. Graia quis Italiciæ autor potuisset in oris Mænia.

Italicum, imela, Philosophiæ genus quoddam nuncupatū ab ea parte Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicta est, quod (ut docet Augustinus libro 8. de Civit. Dei) autorem habuit Pythagoram Samium: à quo etiam ferunt ipsam Philosophiæ nomen exortum.

Italicæ, imela, Vrbis Pelignorum, quæ alio nomine Corfiniū dicitur, ut ait Strabo lib. 5. Alia Hispaniæ Bæticæ, in conventu Hispalensi, teste Plin. lib. 3. cap. 1. patria Sili Italici, à qua & Adrianus Imperator ortum habuit.

Italicenses, imela, Dicitur sunt populi ab Italica Hispaniæ Bæticæ urbe.

Italiæus ager, imela, in Sicilia. Steph.

Itanus, imela, Vrbis in Creta, ab Itano Phœnice, vel ab uno Curretum. Est & promontorium.

Itea, imela, vicus in tribu Acamanti de tribulis Itæus, Steph.

Ithaca, [ithaka]. Ger. Ein Insel im Ionischen Meer heißt Compaz.] Insula est in mari Ionio, ante Epirum, in qua regnavit Ulysses. Cic. 1. de Orat. Ac si nos id (inquit) quod maximè debet, nostra patria delectat, cuius rei tanta est vis, ac tanta natura, ut lithacam illam in asperissimis saxulis, tanquam nidulum, affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeat: quo amore tandem inflammari esse debemus in eiusmodi patriam, quæ una

in omnibus terris domus est virtutis, imperii, dignitatis. Hæc ille. Ab Ithaca, Ulysses Ithacus dicitur, & Ithacensis, Virg. lib. 2. Aen. Hoc Ithacus velis, hoc magno mercentur Amæz. In Ithaca urbs est eiusdem nominis: item mons Nectos, vocatur, à quo tota insula interdū est Nectos appellata, ut annotavit Servius in illud Virgil. 3. Aen. Tam medio apparet Ithaca numerosa Zacynthos, Dulichiumque, & Nectos ardua saxa, etc. Ithomæ, [ithome]. Oppidum est in Phthiotide Thessaliæ regione: cuius meminit Homerus in Catalogo. Est & altera Ithome, in agro Messeniaco, quam Lacedæmonis post decem annorum obsidionem in deditionem acceperunt: ut referit Thucyd. lib. 1. Statius libro 4. Thebaid. Planaque Messene, montanaque nutrit Ithome.

Ithone, [ithone]. Oppidum est in Phthiotide Thessaliæ regione, ea in parte, qua Crocium campum Amphryus fluvius irrigat. Hinc Ithonia, [ithonia], cognominata est Minerva, quod hoc in oppido eximium haberet templum, summoque cultu veneraretur. Fuit & Ithonia Minervæ templum in Bœonia, Vide Strab. lib. 9.

Iturum, [iturum]. Vmbriæ oppidum est, non procul ab Ispello. Autor Strabo lib. 5.

Ituræi, [ituræi]. Populi Syriæ Cœles in Arabiam vergentis, accolæ, qui plana incolunt, percutis excursionibus infestantes, teste Plin. lib. 5. cap. 23. & Strab. lib. 16. Hos æta plurimam usos fuisse memoris traditur: unde Ituræi ætas à Poëtis maximè celebratur. Virg. 2. Georg. - Ituræos tam convantur in arcus. Lucan. lib. 7. - Ituræis curtus fuit inde Iugurta. Cic. 5. Philipp. Ituræi barbari cum sagittis.

Iturissa, [iturissa]. Civitas est Hispaniæ citerioris in tradu Vasconum, cuius meminit Mela lib. 7. & Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Itrius, & Neis. Filii fuerunt Zethi ex Aedone conjugē, quorū Itrium mater noctu per errorem interfecit, putans eam esse Amalæ Amphionis filium: invidet enim uxori Amphionis quod jam vitro filios sex mares peperisset. Quæ quomodo interem solum cognovisset, optavit morti: sed deorum commiseratione in Carduelem versā Itrium desit.

Itrymoneus, teste Homero, Hyperochi filius, vir in primis strenuus: qui in bello Pyliorum cum Elidenibus à Nestore iaculo est interfectus.

Ithyphalli, [ithyphalli]. Dicitur sunt in sacris Bacchi qui Phallum sequebantur, muliebri veste induti, & ad carminis Phallo, sive Ithyphallici numeros saltantes. Erat autem Phallus, teste Suida, membri virilis effigies, quæ primum ex ficulo ligoo, postea verò ex alata rubra ficis solebat, quam sibi ut interformina adaptabant, ut inde enata videretur.

Ity, [ity]. Tereti & Progne filius fuit, qui (ut est in fabulis) Progne matre discerptus, & patri epulandus appositus, a phasianum mutatus est. Autor Servius apud Virgilium in Sileno. Ovid. ad Liviam: Desinet Threicium Dauias ales Ity. Vide PROGNE.

I ante V.

Iuba, [Ger. Ein König der Mauritaner.] Rex Mauritanie Pompeianorum partium pertinacissimus assertor, qui Cæsarem à Cæsare in Africam missum cum omnibus copiis delevit. Vixit verò Pompeio, cum Scipione copias conjuncto commissoque prælio superatus, quum nulla iam spes reliqua esset, magnificè epulatus, cum Petreio mutuis voluptatibus edocent, fortissimè cecidit. Plutarchus in vita Cæsaris. Erat Iuba (supra) rege triumphavit. Eius filius Iuba quoque nomine, post admodum in eo deductus est triumpho: formosissima utique captivitate, qua effectum est, ut ex barbaro, atque impolito inter doctissimos scriptores connumeretur.

Iudæi, [Iudæi]. Ger. Das Jüdthum. Pol. Żydzi. Vng. Iudæi.] Quæ & Palaestina dicitur, Syriæ regio est, à quo Iudæus, ea, cum, sicut, Achaicus, Euboicus: pro Hebræo, Achaico, Eubæo. Iuven. Satyr. 14. Iudæicum jus ediscunt. Dividitur autem Iudæa in Galilæam, hoc est, in eam partem, quæ Syriæ iuncta est, & Pælagiam hoc est, ulteriorem, quæ Arabiæ & Aegypto proxima est, à quæteris Iudææ partibus Iordane amne discretæ. Reliqua autem Iudæa dividitur in decem Toparchias: quas vide apud Plin. lib. 5. cap. 14. Dicta autem est Iudæa à Iuda filio Iacob, quum antea terra Chanaan diceretur.

Iudæi, [Iudæi]. German. Die Juden. Pol. Żydzi. Vng. Iudæi.] à Iuda filio Iacob dicitur. Nam licet fuerint duodecim tribus, quæ à duodecim filiis Iacob descenderunt, à Iuda tamen primogenito omnes Iudæi sunt appellati: quia (ut Augustinus inquit) de stirpe eius regnum veniebat Iudæis. Prophetaverat enim Iacob, dicens: Non desinet princeps de Iuda, nec dux de femoribus eius, donec veniat qui promissus est. De tribu autem Iuda venit Dominus noster Iesus Christus.

Iuvernâ, [iuvernâ]. Stephano. Ger. Irland.] Insula est in Septentrionali Oceano, tantum ferè à Britannia distans, quantum

Fragmentary text from the right edge of the page, partially cut off.